

# CONTINUATUR REGINONIS

## PERTZII MONITUM.

(Monumenta Germaniæ historica, tom. I Script., pag. 814).

Qui Reginonis Chronicon sæculo decimo conti- A  
nuatione donavit, nomen quidem suum latere vo-  
luit; pro monacho tamen sancti Maximini Trevi-  
rensis, in quo et Reginonis opus conscriptum fuis-  
se diximus, habendus est, cum res ejus non solum  
bene cognoscat, sed eardi habeat (139), et eum  
Adalberti monachi familiaritate usum fuisse con-  
stet (140). Simlerus et recentiorum alii Romerium  
vocant nulla tamen, quam prodiderint, ratione  
ducti; in quo eos haud aliter fefellisse opinor,  
quam quod varii scriptores, Simlerus, Possevinus,  
Vossius et alii, opus varios usque ad annos 972,  
977, 1453, 1457, 1467, 1477 excurrere docent, cum  
in nulla editione annum 967 supergrediatur.

Auctor, quisquis sit, Annalibus Augiensibus et  
Alamannicis, in quantum porrigebantur, innixus,  
post annum 939 scribendi initium fecisse videtur,  
(141); sed quæ ipse expertus subiecit, multo majoris,  
et in tanta eo sæculo historicorum penuria,  
maximi facienda sunt, quippe cum quibus nec B  
Liutprandi Historiam, nec quæ Widukindus Cor-  
beiensis tradidit, ullo modo componas. Quare et  
succedentibus sæculis ab Herimanno, Sigefrido,  
Ottone Frisingensi, aliisque sæpius excerpta sunt.

Subsidia editionis, ad Reginonem præfatus (*su-  
pra col. 9 et seqq.*), recensui.

### DCCCCVII.

Anno (142) Dominicæ incarnationis 907 Bawa-  
rii<sup>1333</sup> cum Ungariis<sup>1333</sup> congressi multa cæde præ-  
strati sunt; in qua congressione Liutbaldus<sup>1335</sup>  
dux occisus est, cui filius suus<sup>1336</sup> Arnulfus<sup>1337</sup>  
in ducatum<sup>1338</sup> successit.

### DCCCCVIII.

A. D. I. 1339 908 Ungarii iterum terminos trans-  
gressi, Saxoniam et Thuringiam vastaverunt<sup>1340</sup>  
(143).

### DCCCCIX.

A. D. I. 909 Ungarii Alamanniam ingressi<sup>1341</sup>  
sunt (144).

### DCCCCX.

A. D. I. 910 Franci in confinio Bawariæ et Fran-  
ciæ Ungariis<sup>1342</sup> congressi, miserabiliter aut victi  
aut fugati sunt (145). In quo prælio Gebeardus<sup>1344</sup>  
comes interiit (146), relictis duobus filiis suis adhuc  
pueris, Udone et Herimanno<sup>1344</sup>, qui postea clari  
et<sup>1345</sup> nobiles in Francia extiterunt.

### DCCCCXI.

A. D. I. 911 Hludowicus rex<sup>1346</sup>, filius Arnulfi  
imperatoris, obiit; cui Chuonradus, filius Chuon-  
radi ab Adalberto occisi, regali jam stirpe defi-  
ciente, in regno successit (147).

### DCCCCXII.

A. D. I. 912 Ungarii iterum, nullo resistente,  
Franciam et Thuringiam vastaverunt. Hatto<sup>1347</sup>  
<sup>1348</sup> archiepiscopus obiit, vir adeo strenuus et pru-  
dens, cui Herigerus<sup>1349</sup> successit. Otto, dux Saxo-  
num, obiit.

### DCCCCXIII.

A. D. I. 913, hiemps magna nimis. Ungarii  
partes Alamanniæ vastaverunt, et juxta In flu-  
vium<sup>1350</sup> a Bawariis et Alamannis<sup>1351</sup> occisi  
sunt. Eodem anno Einhardus<sup>1352</sup>, episcopus Spi-  
rensis, a Bernhardo<sup>1353</sup> et Chuonrado comitibus  
cæcatus est.

### DCCCCXIV.

A. D. I. 914<sup>1354</sup> Othbertus, Strazburgensis

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>1333</sup> bavari.. hungaris.. liutbaldus.. arnolphus 5) <sup>1334</sup> ungariis.. liutbaldus 11. 12. <sup>1335</sup> liutbaldus 9. 10.  
<sup>1336</sup> suus deest 9—12. <sup>1337</sup> arnolfus 9. 10. <sup>1338</sup> ducatu sc. e. 8. <sup>1339</sup> Verba anno Dominicæ incarnatio-  
nis ante numerum cujuslibet anni in codicibus 9—12. non nisi anno 907, in codice 7. aliquoties usque  
ad annum 917 scribuntur, ceterum omissa. Eundem modum in codicibus unde editiones fluxerint obti-  
nisse, testis est numerus 915 ultimam anni 915 vocem excipiens. <sup>1340</sup> vastaverunt. Ungari 9—12. deest  
numerus anni 909. <sup>1341</sup> aggressi 8. <sup>1342</sup> cum ungaris 9. 11. 12. <sup>1343</sup> gebelhardus 5. gebehardus 8—12.  
<sup>1344</sup> hermanno 8. herimanno 5. 9-12. <sup>1345</sup> et magni et nobiles 7. <sup>1346</sup> imperator 7. <sup>1347</sup> Ottonis et Hat-  
tonis obitus anno 914 refertur. 8. <sup>1348</sup> hattho 7. <sup>1349</sup> heringerus 5. c. d. hergerus. <sup>1350</sup> juxta fluvium 7.  
ein fluvium 8. <sup>1351</sup> et alannis 7. <sup>1352</sup> enilhardus 7. everhardus 5. <sup>1353</sup> ab eranhardo cod. Fris. ab  
erenhardo 5. a werinharie 8. ab erinhardo 9. a bernardo 10. ab erenardo 12. <sup>1354</sup> othbertus s. e. occidi-  
tur. hæc jam anno 914. adsignantur 7. 9—12. et cod. Fris.; in reliquis anno 913.

## NOTE.

(139) Cf. an. 934, 950.

(140) Cf. an. 961, 962.

(141) De Wilhelmi, Ottonis filii, nativitate an.  
928, antequam an. 954 archiepiscopus Mogunti-  
nus crearetur, relatum fuisse, vix crediderim.

(142) Cf. Ann. Augienses et Alamannicos.

(143-45) Cf. Ann. Augienses.

(146) Cf. Ann. Alamannicos et Colonienses.

(147) Cf. Ann. Augienses annis 911, 913, 915,  
917, 919, 923.

episcopus <sup>1355</sup>, occiditur. Salomon episcopus captus est.

## DCCCCXV.

A. D. I. 915 Ungarii totam Alamanniam igne et gladio vastaverunt, sed totam <sup>1356</sup> Thuringiam et Saxoniam pervaserunt, et usque ad Fuldam monasterium pervenerunt.

## DCCCCXVI. — DCCCCXVII.

A. D. I. 917 <sup>1357</sup> Ungarii per Alamanniam in Alsatiam et usque ad fines Lothariensis regni pervenerunt. Erchanger <sup>1358</sup> et Berahtold <sup>1359</sup> decollantur <sup>1360</sup>. Arnulfus, dux Bawariorum, regi rebellat.

## DCCCCXVIII.

A. D. I. 918 Chuonradus rex nativitatem sancti Joannis Herolvesfelt <sup>1361</sup> (148) monasterio celebravit.

## DCCCCXIX.

A. D. I. 919 Chuonradus rex obiit, vir per omnia mansuetus et prudens <sup>1362</sup>, et divinæ religionis amator. Qui cum obitus sui diem imminere sentiret, vocatis ad se fratribus et cognatis suis, majoribus scilicet Francorum, mortem sibi imminere prædixit, et ne in <sup>1363</sup> eligendo post se rege <sup>1364</sup> dissidium regni fieret, paterna eos voce præmonuit; sed et Heinricum, Saxonum ducem, filium Ottonis, virum strenuum et industrium præcipuumque pacis sectatorem, ut eligerent jussit, aliumque ei ad hoc officium æque condignum inveniri non posse testificans, sceptrum ei et coronam ceteraque regni dignitatis ornamenta, pacto <sup>1365</sup> tuendi et conservandi regni <sup>1366</sup>, per eosdem <sup>1367</sup> transmisit. Ipse vero huic vitæ <sup>1368</sup> decedens <sup>1369</sup>, in Fulda monasterio honorifica <sup>1370</sup> sepultura tumulatus est. Multis tamen laboribus, paucis quos regnavit annis <sup>1371</sup>, est a Bawariis et Alamannis et Saxonibus sibi rebellantibus fatigatus <sup>1372</sup>, quos ante obitum suum, Deo propitio, superavit.

## DCCCCXX.

A. D. I. 920 Heinricus dux consensu Francorum, Alamannorum, Bawariorum, Thuringorum <sup>1373</sup> et Saxonum, rex eligitur; qui initium sui regni disciplina servandæ pacis inchoavit. Multi enim illis temporibus, etiam nobiles, atrociniis insudabant.

## DCCCCXXI.

A. D. I. 921 apud Franciam superiorem <sup>1374</sup> graves et intestinæ discordiæ fervent inter Ruodbertum, invasorem regni, et Carolum regem. Interim D

<sup>1375</sup> Heinricus rex stabiliendæ paci et reprimendæ <sup>1376</sup> Sclavorum sævitie fortiter insistit.

## DCCCCXXII.

A. D. I. 922 <sup>1377</sup> Suessionis inter Ruodbertum et Carolum tanta pugna commissa est, ut pene ex utraque parte victores esse viderentur. Carolus tamen ori sacrilego Ruodberti ita lanceam infixit, ut diffissa lingua <sup>1378</sup>, cervicis posteriora penetraret.

## DCCCCXXIII.

A. D. I. 923 pretiosissimus thesaurus sanguinis Domini venit in Augiam <sup>1379</sup> vi Idus Novembris. Haycho <sup>1380</sup> abba Fuldensis obiit, cui Hiltubertus <sup>1381</sup> successit. Carolus Alsatiam et partes illas Franciæ juxta Rhenum usque Magontiam sibi usurpaturus, usque Paternisheim <sup>1382</sup> (149) villam juxta B Wormatiam hostiliter pervenit. Unde fidelibus regis Heinrici Wormatiæ coadunatis, aliter quam decuerat regem, aufugit. <sup>1383</sup> Eodem anno Heinricus rex <sup>1384</sup>, adjunctis sibi Ruotgero archiepiscopo (150), Gisalberto duce, Mettensem urbem obsedit, et Widgerum <sup>1385</sup> (151), licet diu reluctantem, sibi obedire coegit. Herimannus sanctissimus vir, Coloniensis episcopus, obiit, cui Wigfridus <sup>1386</sup> successit.

## DCCCCXXIV.

A. D. I. 924 Ungarii orientalem Franciam vastaverunt. Carolus et Heinricus reges apud Bonnam castellum conveniunt, et pacem inter se facientes, fœdus ineunt, et Carolus nunquam sibi amplius Lothariense <sup>1387</sup> regnum usurpaturus regreditur <sup>1388</sup>. Eodem anno ab Heriberto comprehensus in custodia <sup>1389</sup> mittitur.

## DCCCCXXV.

A. D. I. 925 Heinrico rege coadunatum et constabilitum Lothariense regnum <sup>1390</sup> in sua potestate habente, Carolus rex in custodia qua tenebatur obiit; qui fertur vir hebetis esse ingenii et minus aptus utilitatibus regni. Omnes etiam a filio ejus deficientes, quippe qui tunc temporis, capto patre, in Hiberniam <sup>1391</sup> exulaverat, quendam Ruodolfum sibi regem eligunt. Eodem anno Witgerus episcopus obiit, cui <sup>1392</sup> Benno ex ordinariis Strazburgensibus, in Alpihus quondam heremiticam vitam ducens, successor eligitur.

## DCCCCXXVI.

A. D. I. 926 Ungarii totam Franciam, Alsatiam,

## VARIE LECTIONES.

<sup>1355</sup> antistes 9—12. <sup>1356</sup> totam *deest* 5. <sup>1357</sup> DCCCCXV. 7. 10 DCCCCXVI. 8—12. <sup>1358</sup> othager 7. *freckanger* 6. <sup>1359</sup> bertholdus 9—12. <sup>1360</sup> ercanger dux et bertoltus fratres et liutfridus capite plectuntur XII kal, februat. 7. <sup>1361</sup> herolvesfeld 8. herolfelt. 7. <sup>1362</sup> *deest* 5c. e. <sup>1363</sup> et in... rege ne 7. <sup>1364</sup> regem 5. 9—12. <sup>1365</sup> peracto 5a. d. <sup>1366</sup> regnum 7. <sup>1367</sup> per eos 5. <sup>1368</sup> hac vita 5. 6. <sup>1369</sup> discedens 6. <sup>1370</sup> honorificata 5. 7. 9. <sup>1371</sup> ad paucos... annos 5. <sup>1372</sup> fugatus 5a. c. e. <sup>1373</sup> thuringorum *deest* 5d. <sup>1374</sup> superiores 7. <sup>1375</sup> interim... insistit anno 922. 8. <sup>1376</sup> paci et reprimendæ *deest* 7. <sup>1377</sup> anno 923. 8. <sup>1378</sup> divisa lingua 7. 9. 11. 12. diffusa 5a. d. diffusa 10. <sup>1379</sup> augiam 10. <sup>1380</sup> haicho 5. <sup>1381</sup> hiltubertus 7. hildebertus 8—12. hiltbertus 5. <sup>1382</sup> patennichheim 5. <sup>1383</sup> regem fugaverat 6. <sup>1384</sup> rex *deest* 7. <sup>1385</sup> et ut uitgerum 7. <sup>1386</sup> wigfridus 9. 11. winfredus 10. <sup>1387</sup> luthariense. <sup>1388</sup> usurpaturum egreditur 6. promittens regreditur 5. <sup>1389</sup> custodiam 5. 9. 11. 12. <sup>1390</sup> luthariensem regnum 7. regnum ideo in 5. <sup>1391</sup> hyberniam 5a. d. hibernia 3c. e. 9—12. <sup>1392</sup> *deest* 5d.

## NOTE.

(148) Jam contracto nomine Hersfel et Hirschfeld.  
(149) Pfedersheim.

(150) Treverensi.  
(151) Episcopum Mettensem.

Galliam et Alamanniam igne et gladio vastaverunt (152). Burchardus <sup>1393</sup>, dux Alamanniae, in Italia occiditur (153). Herigerus, Deo dignus praesul, obiit, cui Hildibertus <sup>1394</sup>, Fuldensis abbas, successit. Herimanno ducatus Alamanniae committitur, qui viduam <sup>1395</sup> Burchardi duxit uxorem.

DCCCCXXVII.

A. D. I. 927 Benno, qui et Benedictus <sup>1396</sup> episcopus dicitur, a Mettensibus execratur; et synodo apud Diusburgam <sup>1397</sup> habita, omnes illius facti auctores <sup>1398</sup> excommunicantur, et Adalbero nobilis pro eo episcopus instituitur.

DCCCCXXVIII.

A. D. I. 928 Henricus rex Boemos <sup>1399</sup> hostiliter invasit, et praestante Deo fortiter superavit, Ea tempestate Ottoni <sup>1400</sup>, filio ejusdem regis, natus est filius Willihelmus <sup>1401</sup>, Hyems (154) magna nimis <sup>1402</sup>. Ruodgerus <sup>1403</sup>, Trevirorum archiepiscopus, obiit, cui Ruodbertus successit.

DCCCCXXIX.

A. D. I. 929. Gisalbertus <sup>1404</sup> dux Gerburgam, filiam Henrici regis, duxit uxorem.

DCCCCXXX.

A. D. I. 930 Otto, filius regis Henrici, Edgid, filiam regis Anglorum, duxit uxorem.

DCCCCXXXI.

Anno D. I. 931 Henricus rex regem Abofridorum et regem Danorum efficit Christianos (155). Eodem anno rex ab Eberhardo <sup>1405</sup> aliisque Franciae comibus seu episcopis in Franciam vocatus <sup>1406</sup>, singillatim ab unoquoque eorum in domibus suis vel <sup>1407</sup> ecclesiarum sedibus regem decentibus est conviviis et muneribus honoratus <sup>1408</sup>.

DCCCCXXXII.

A. D. I. 932. Ungarii per orientalem Francos et Alamanniam <sup>1409</sup> multis civitatibus igne et gladio consumptis, juxta Wormaliam Rheno transito, usque ad mare oceanum Galliam devastantes, per Italiam redierunt.

DCCCCXXXIV.

A. D. I. 934 Henricus rex Ungarios multa caede prostravit, pluresque <sup>1410</sup> ex eis comprehendit. Eo-

dem anno Selavos qui Vucrani <sup>1411</sup> (156) vocantur hostiliter invasit et vicit, sibi que tributarios fecit. Ecclesia sancti Maximini (157) turbine cecidit: electione <sup>1412</sup> clementia <sup>1413</sup> regis monachis reddita <sup>1414</sup>, Ougo <sup>1415</sup>, antea praepositus, abba ejusdem loci eligitur, et monachi non regulariter <sup>1416</sup> ibi viventes <sup>1417</sup> expelluntur.

DCCCCXXXV.

A. D. I. 935 Henricus rex paralisi percutitur.

DCCCCXXXVI.

A. D. I. 936 <sup>1418</sup> synodus apud Erfesfurd <sup>1419</sup>, in Turingia <sup>1420</sup> celebratur a compluribus episcopis. Henricus rex, praecipuus pacis sectator strenuusque paganorum Insecutor, post plures fortiter et viriliter actas victorias, dilatatis undique sui regni terminis <sup>1421</sup>, vi. Non. Julii diem clausit extremum, cui filius suus Otto consensu primorum regni successor eligitur. <sup>1422</sup> Hildibertus archiepiscopus obiit, cui Fredericus <sup>1423</sup> successit. Unniarchiepiscopus (158) obiit, cui <sup>1424</sup> Adaldagus <sup>1425</sup> successit.

DCCCCXXXVII.

A. D. I. 937 monasterium sancti Galli et monasterium sancti Bonifacii <sup>1426</sup> igne comburuntur. Ruodolfus, rex Burgundionum <sup>1427</sup>, et Arnolfus, dux Bawariorum, obierunt. Graves et intestinae discordiae inter Henricum, fratrem regis, et Eberhardum, ducem Francorum, nascuntur ob exortas inter vassalos <sup>1428</sup> eorum inimicitias.

DCCCCXXXVIII.

A. D. I. 938 filii dicit Arnolphi ambitione ducatus regi rebellant <sup>1429</sup>; quos ipse debellaturus in Bawariam ibat; sed non, ut voluit, eos pacificare valens revertitur. Interim frater regis Henricus ab Eberhardo comprehenditur in castello Badalikki <sup>1430</sup> (159); quo tamen citius liberato, Eberhardus Hildinesheim <sup>1431</sup> in exilium destinatur. Iterumque <sup>1432</sup> rex in Bawariam revertens, omnes sibi subdidit, et Eberhardum, Arnolphi filium, plus aliis rebellem in exilium misit. Ungarii iterum a Saxonibus multa caede vastati.

DCCCCXXXIX.

939, <sup>1433</sup> Eberhardus ab exilio remittitur, totum-

#### VARIÆ LECTIONES.

<sup>1393</sup> purchardus 7. 10. <sup>1394</sup> hildipertus 7. <sup>1395</sup> qui Widam burchardi 5. <sup>1396</sup> qui benedictus 5. <sup>1397</sup> duisburgenses 5. dusbürgum 11. 12. duispurg 10. <sup>1398</sup> auctoris 7. <sup>1399</sup> boemos 9. boenos 10. <sup>1400</sup> otone 7. <sup>1401</sup> willielmus 7. willelmus 10. <sup>1402</sup> nimis orta est 7. <sup>1403</sup> ruodhgerus 7. <sup>1404</sup> gisilbertus 9. giselbertus 11. 12. <sup>1405</sup> rex habelisaardo 7. <sup>1406</sup> vocatis 7. <sup>1407</sup> vel *deest* 5d. <sup>1408</sup> honoratus 932. Anno d. i. 933, hungari 5. <sup>1409</sup> et in almania 5. <sup>1410</sup> prostravit plerosque 7. <sup>1411</sup> uncrani 5. werani 11. 12. <sup>1412</sup> electione et d. 9—12. <sup>1413</sup> cecidit sed clementia r. m. reparata 5 c. e. <sup>1414</sup> reddita ogo ante propositus 5. <sup>1415</sup> ugo 7. ogo 9—12, ougo 8. <sup>1416</sup> monachi irregulariter 7. <sup>1417</sup> degentes 6. <sup>1418</sup> anni numerus *deest* 7. 11. <sup>1419</sup> erfurd 5. erfesfurth 9. 11. 12. epesfurth 10. <sup>1420</sup> tiringa 7, tyringa 9. thuringia 5. <sup>1421</sup> terminos 7. <sup>1422</sup> dirigitur 7. <sup>1423</sup> friderichus 5a. d. <sup>1424</sup> archiepiscopus cui ad. 5. <sup>1425</sup> adalgarius 5c. e. 7. 9-12. adalgisus 5a. d. <sup>1426</sup> bonifacii 5. 9-12. <sup>1427</sup> burgundiorum 5. <sup>1428</sup> wassalos 5. milites 6. <sup>1429</sup> rebellarunt 5. <sup>1430</sup> badaligi 7. 10. badaliggi 11. 12, balebike 8. <sup>1431</sup> hildinesheim 7. hildinesheym 5. ildineseim 10. hildinisheim 11. 12. <sup>1432</sup> exilium mittitur iterumque 6. <sup>1433</sup> Anno Dom. inc. 934. 7.

#### NOTÆ.

(152-53) Cf. Ann. Augienses an. 926.  
(154) Cf. Ann. Angienses an 927.  
(155) Cf. Ann. Augiens. an 931, 932 934, 936, 937, 938, 939.  
(156) Patria eorum hodieque *die Uckermark* audit.

(157) Trevirensis.  
(158) Bremensis.  
(159) *Belicke* oppidum, aquilonem versus, haud multum a Rura et Arensbergq distans.

que regnum inimicitis <sup>1431</sup> et rebellionibus confunditur. Eberhardus enim et Gisalbertus cum Heinrico, fratre regis, adversus regem conjurant, sed et quidam <sup>1432</sup> ecclesiastici viri nequam <sup>1433</sup> et Deo odibiles cum illis factione concordant, omniaque passim pacis et concordie jura turbabant. Tunc rege Lotharienses <sup>1437</sup>, ubi tunc rebellionis summa gerabatur, adveniente <sup>1438</sup>, Gisalbertus cum fratre regis transitum Rheni regi prohibere volens, nec valens, juxta Biertanam <sup>1439</sup> (160) sociis <sup>1440</sup> regis congregatur, Deoque victoriam prestante, pluribus suorum occisis aliisque fugatis, ipse et frater regis fugae subsidia petunt. Quos rex insequens, usque ad Caprimontem (161) pervenit, castellumque in eo situm firma undique obsidione circumdedit. Interim Ludovicus, rex Galliae Romanae, filius Caroli, consilio inimicorum regis sub obtentu requirendi Lothariensis regni, quod pater suus perdiderat, Alsatiam invasit, ubi quaeque poterat <sup>1441</sup> plus hostiliter quam regaliter gessit. Quod rex Otto patienter non ferens, Caprimontem obsidione <sup>1442</sup> absolvit, et Alsatiam petens, Ludovicum regem expulit. Quo expulso, Brisacam <sup>1443</sup> (162) castellum munitissimum, obsedit, ubi quam plura utrimque fortia et bellica gesta sint <sup>1444</sup>, futura <sup>1445</sup> posterorum <sup>1446</sup> successio non ignorabit <sup>1447</sup>. Unde Fridericus, archiepiscopus Magontiensis, et Ruodhardus, episcopus Strazburgensis, fixis in obsidione tentoriis, et relictis copiarum quas detulerant sarcinis, nocte clam aufugerunt, et Mettensem urbem advenientes, Gisalberto et Heinrico se occursuros, ut conjuraverant, speraverunt. Sed longe aliter eis contigit, <sup>1448</sup> quod eos spes <sup>1449</sup> inanissima delusit. Nam Gisalbertus et Eberhardus, juxta Anternacum castellum cum suis Rhenum transitori <sup>1450</sup>, ab Udono et Chuonrado <sup>1451</sup> comitibus caeterisque regis fidelibus <sup>1452</sup>, ne transeant, bellica sunt congressione <sup>1453</sup> citoque mortis compendio <sup>1454</sup> praeventi. Nam Eberhardus occiditur, et Gisalbertus in Rheno submersus necatur, plurimique ex illorum sociis occisi, reliqui vero sunt fugati aut capti. Quo audito, Brisacenses <sup>1455</sup> castellani regiae dominationi <sup>1456</sup> subduntur, et castellum <sup>1457</sup> obsidione absolvitur. Tunc

A iterum rex <sup>1458</sup> Lotharienses adiens, omnes suo subjugavit imperio. Sed et fratrem suum projectis armis ad se venientem solita sibi suscepit misericordia; nam omnia quae in eum deliquit, indulget, et fraterno eum secum <sup>1459</sup> amore detinuit. Omnibus tamen Lothariensibus subactis, aliquandiu resistere conatus est episcopus Mettensis, unde Theodonis villa capellam domni Ludovici pii imperatoris, instar Aquensis inceptam, ne perficeretur aut pro munimine haberetur, destruxit. Nec tamen diutius in hujusmodi <sup>1460</sup> rebellionem permansit; statim siquidem totum regnum velut ex ipsis fidei visceribus, Deo propitio, ad regem convertitur, et extinctis hostibus, pax et concordia renovatur, Fridericus archiepiscopus ad Fuldam monasterium mittitur, et Ruodhardus Strazburgensis Corbeise monasterio destinatur. Interim dum haec quae praediximus aguntur, domina Edgid <sup>1461</sup> regina (163) Lauresham <sup>1462</sup> monasterio commoratur. In hac eadem tempestate Danemar <sup>1463</sup> (164), frater regis ex concubina, rebellans <sup>1464</sup>, in Eresburgo <sup>1465</sup> castello occiditur, alique sequaces ejus truncantur aut suspenduntur. Haec tempestas <sup>1466</sup> non in una <sup>1467</sup> solum, sed in omnibus Saxoniae et Franciae provinciis, huc et illud versabatur <sup>1468</sup>. Wigman Saxo rebellans <sup>1469</sup> reconciliatur. Ludovicus rex Gerbigam, viduam Gisalberti duxit uxorem.

## DCCCCXL.

A. D. I. 940 Heinrico, fratri <sup>1470</sup> regis, Lothariensis ducatus committitur, qui mox eodem anno a Lothariensibus expellitur; cui Otto comes in eodem ducatu successit. Et <sup>1471</sup> Fridericus episcopus a Fulda remittitur.

## DCCCCXLI.

A. D. I. 941 Henricus, frater regis <sup>1472</sup>, cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat <sup>1473</sup>; quorum qui majores videbantur, rex decollari jubebat. Fratrem vero suum Inglenheim <sup>1474</sup> custodire mancipabat. Fridericus archiepiscopus, quia <sup>1475</sup> conspirationis hujus particeps videbatur, publica se examinatione, perceptione corporis et sanguinis Domini coram populo in ecclesia purgavit.

## VARIAE LECTIONES.

<sup>1431</sup> inimicis 5. 7. 9. 12. <sup>1432</sup> sed quidam 5. 7. <sup>1433</sup> nequaquam... odibili 7. <sup>1437</sup> rege lothario 8. *cod. S. Godeh.* regem lothariensem 7. regem 9. 11. 12. lothariensis 10. <sup>1438</sup> advenit 7. <sup>1439</sup> bieranam 10. <sup>1440</sup> cum sociis 9. 11. 12. <sup>1441</sup> poterat *deest* 8. <sup>1442</sup> caprimontem obsidione *ultima verba codicis* 8. <sup>1443</sup> brisacum 5. <sup>1444</sup> gesta sunt 7. <sup>1445</sup> gesta peracta sunt quae futura 5. <sup>1446</sup> posterorum 7. <sup>1447</sup> ignorabat 7. <sup>1448</sup> contigit quoniam 9. 12. contigit cum 5. <sup>1449</sup> eorum spes 9. 11. 12. <sup>1450</sup> transivit 7. <sup>1451</sup> conradus filius gener caesaris *cod. S. Godeh.* <sup>1452</sup> regi fidelibus 5. <sup>1453</sup> bellica congressione 5. <sup>1454</sup> mortis periculi p. 7. <sup>1455</sup> brisacenses 7. <sup>1456</sup> dominatione 7. <sup>1457</sup> subduntur castellum 5d. <sup>1458</sup> rex *deest* 5. <sup>1459</sup> fraterno secum 5. <sup>1460</sup> hujusmodi 7. <sup>1461</sup> egid 5a. c. e. <sup>1462</sup> lauresheim 5. <sup>1463</sup> danemar 5. 7. 9. 10. denemar 11. 12. tanemar. 8. <sup>1464</sup> rebellans meresburgo 5. 7. 9. <sup>1465</sup> in erisburgo 10 in hersburk 14. 12. <sup>1466</sup> hac tempestate 5. <sup>1467</sup> uno 5. <sup>1468</sup> versabatur wigman 5. <sup>1469</sup> rebellans sed r. 5. <sup>1470</sup> frater 7. <sup>1471</sup> Et *deest* 5. 9—12. <sup>1472</sup> regis *deest* 5. <sup>1473</sup> suspirat 7. <sup>1474</sup> inglenheim 7. <sup>1475</sup> quid 5d.

## NOTÆ.

(160) Birthen in via quae ab oppido Xanthen Rheinbergam ducit. Vide cl. Wedekindi Noten, etc., p. 205.

(161) *Chevermont* in dextra Mosae ripa, circiter 4000 passibus a Leodio distans. Wedekind l. c. p. 900. 214

(162) *Altbreysach*, olim in sinistra Rheni ripa positum. Wedekind l. c., p. 207.

(163) Ottonis uxor.

(164) Thanemari obitus anno 738 narratur ab *Ann. Saxone*.

## DCCCCXLII.

A. D. I. 942 rex natalem Domini Franconofurt <sup>1476</sup> celebravit, ubi frater ejus per Ruodbertum, Magontiensis ecclesie diaconum, custodiam <sup>1477</sup> noctu clam aufugiens, antelucano tempore <sup>1478</sup> regis ecclesiam adeuntis pedibus accubuit, et concessa venia, misericordiam quam precatur <sup>1479</sup> obtinuit. Bonna <sup>1480</sup> castello præclara <sup>1481</sup> synodus a viginti duobus episcopis habetur. Treveris basilica sancti Maximini dedicatur. Sidus simile cometæ per 14 noctes visum, et immensa mortalitas boum secuta est.

## DCCCCXLIII.

A. D. I. 943 Otto dux obiit, cui Chuonradus <sup>1482</sup>, filius Werinheri <sup>1483</sup>, in ducatu successit.

## DCCCCXLIV.

A. D. I. 944 rex apud Dinsburgum <sup>1484</sup> (165) in rogationibus placitum cum primoribus <sup>1485</sup> Lothariensium et Francorum habuit, ubi factione Chuonradi ducis Ruodbertus, archiepiscopus Travirensis, et Richarius <sup>1486</sup>, Tungrens <sup>1487</sup> episcopus, infidelitatis apud regem arguuntur, sed in brevi ab objecto sibi crimine liberantur. Illuc etiam a Trajectensibus clericis corpus sancti Servatii asportatum est, ob multimodas sibi ab Immone comite illatas injurias. Ungarii a Bajovariis et <sup>1488</sup> Carantanis in loco Weles <sup>1489</sup> (166) tanta cæde mactantur, ut nunquam a nostratibus antea taliter infirmarentur <sup>1490</sup>. Adalbertus comes, filius Matfridi, ab Idone <sup>1491</sup> occiditur.

## DCCCCXLV.

A. D. I. 945 Richarius episcopus obiit, cui Ougo <sup>1492</sup> Treverensis abbas, in episcopatu <sup>1493</sup> successit. Herimannus (167) et Chuonradus duces, quasdam inter se inimicitias habentes, in præsentia piissimi regis in Cassella <sup>1494</sup> (168) sunt replicati. Bertaldus <sup>1495</sup> (169), dux Bajuvariensis, obiit, cui <sup>1496</sup> Henricus, frater regis, in ducatu successit.

## DCCCCXLVI.

Anno 946 Ludovicus rex, a suis regno expulsus, auxilium petens regem Ottonem adiit, et, ut desideraverat, obtinuit. Nam manu valida <sup>1497</sup> rex Galham intravit, et Remensem urbem et Laudunum

A <sup>1498</sup> (170) aliaque castella complurima firma et munita Ludovico reddi fecit, ipseque hostiliter usque Rothomagum <sup>1499</sup> pervenit. Inde omnibus pene, excepto Hugone Ruodberti filio, regni majoribus regi suo subactis, in patriam <sup>1500</sup> regreditur.

## DCCCCXLVII.

A. D. I. 947 <sup>1501</sup> domina Edgid regina obiit, quæ maximo regis omniumque suorum planctu Magdeburg <sup>1502</sup> sepelitur. Chuonradus dux, regi tunc temporis pene præ omnibus charus, Liutgardam <sup>1503</sup>, filiam regis, in matrimonium sumpsit. Liutolfus <sup>1504</sup>, filius regis tali ut decuerat apparatu Itam, filiam <sup>1505</sup> Herimanni ducis, sibi conjugio copulavit.

## DCCCCXLVIII.

B A. D. I. 948 <sup>1506</sup> synodus in Inglenheim <sup>1507</sup> 34 episcoporum <sup>1508</sup> habetur, cui præsidente <sup>1509</sup> Marino <sup>1510</sup> episcopo, Romanæ ecclesie legato, incliti reges Otto et Ludovicus affuerunt; in qua multis ecclesiasticæ utilitati rebus <sup>1511</sup> promulgatis, causa quoque Hugonis <sup>1512</sup>, filii Heriberti, qui Artaldum archiepiscopum expellens, sedem <sup>1513</sup> ecclesie Remensis <sup>1514</sup> invaserat, ventilatur, et omnium qui affuerunt <sup>1515</sup> iudicio episcoporum damnatur. Chuonradus comes qui Curciboldus dicebatur, filius Eberhardi, vir sapiens et prudens, obiit.

## DCCCCXLIX.

A. D. I. 949 Waldo, Curiensis episcopus, obiit <sup>1516</sup> cui Hardhertus successit. Uto comes obiit, qui permissu regis, quicquid beneficii aut præfecturarum habuit, quasi hæreditatem inter filios divisit, Herimannus dux, inter suos sapientissimus et prudentissimus, obiit iv Idus <sup>1517</sup> Decembris. Eodem anno Liutolfo, filio regis, Mathildis filia nascitur.

## DCCCCL.

A. D. I. 950 rex Purificationem sanctæ Mariæ Franconofurt celebravit, indeque Wornatiam adiit ubi viduam Herimanni ducis ad se venientem benignes suscepit, sed et filio suo Liutolfo <sup>1518</sup> ducatum Alamanniæ commisit. Ibi Chuonradus, filius Gebhardi <sup>1519</sup> comitis, quoniam <sup>1520</sup> cum quadam nepte regis se concubuisse sibi <sup>1521</sup> imposuit, a quodam

## VARIÆ LECTIONES.

<sup>1474</sup> franckfudie 5. <sup>1477</sup> custodia 5d. <sup>1478</sup> ante lucis tempora r. e. jom a. 7. <sup>1479</sup> precabatur 9—12. <sup>1480</sup> bunna 11. 12. <sup>1481</sup> præclaro 7. <sup>1482</sup> chuonradi 5. <sup>1483</sup> werinheri 7. werinheri 11. 12. werineri 10. <sup>1484</sup> duisburgam 5c. d. duisburgen 5a. d. <sup>1485</sup> prioribus 7. <sup>1486</sup> rikarius trungrensis 1. <sup>1487</sup> tunge. rensis 5. <sup>1488</sup> bajovariis et deest 5. 8—12. <sup>1489</sup> in loco weles deest 5. 8—12. <sup>1490</sup> infamarentur 9—12. <sup>1491</sup> ydone 7. <sup>1492</sup> ogo 5. ugo 7. <sup>1493</sup> episcopatum 5. <sup>1494</sup> castella 7. castello 9—12. casella. 8. <sup>1495</sup> bertholdus 9—12. <sup>1496</sup> cui deest 5d. <sup>1497</sup> valida manu 5. <sup>1498</sup> laudanum 9—12. lugdunum 5d. <sup>1499</sup> roto macum 7. rotomagum 9—12. <sup>1500</sup> in patriam deest 9—12. <sup>1501</sup> 946. 11. 12. <sup>1502</sup> planctu magno megedeburk 11. 12. p. magnodebug 9. p. magno (deborc. in marg.) cum honore 10. magodeburg 6. madeburg 5a. d. madeburgi 5c. e. <sup>1503</sup> luitgardam 5a. d. luidgardam 5c. e. <sup>1504</sup> ludolfus 5. <sup>1505</sup> apparatus teritam filiam 5. <sup>1506</sup> 947 11. 12. <sup>1507</sup> ingleheim 33 episcoporum 7. <sup>1508</sup> a 34 episcopis 5. 9—12. <sup>1509</sup> habetur præsidente 7. <sup>1510</sup> martino 5. <sup>1511</sup> rebusque 3. <sup>1512</sup> hugonis 7. <sup>1513</sup> sedes 5. <sup>1514</sup> remenses 7. <sup>1515</sup> aufuerunt 7. affuerant 5. 9—12. <sup>1516</sup> curtensis obiit episcopus 9. 11. 12. <sup>1517</sup> III idus 6. falso, cf. *Necrolog. S. Galli.* <sup>1518</sup> filio bridolfo 5. 9—12. <sup>1519</sup> filius hebehardi 7. filius gebeardi 10. filius eberhardi 5. <sup>1520</sup> comitis qui 5. comitis quo 7. <sup>1521</sup> regis ipse concubuisse sibi 10.

## NOTE.

- (165) Ad Rhenum situm.  
 (166) Wels in Austria.  
 (167) Dux Alamanniæ.  
 (168) Cassel, contra Moguntiam.

- (169) Cf. Ann. breves S. Emmerammi ad an. 947.  
 (170) Laon.

Burchardo Saxone monomachia victus, fefellisse patuit. <sup>1522</sup> Eodem anno Boemorum <sup>1523</sup> princeps Bolizlav <sup>1524</sup> regi rebellat, quem rex validissima manu adibat, suseque per omnia ditioni subdebat. Ruodhardus, Strasburgensis episcopus, obiit, cui Udo <sup>1525</sup> filius Udonis comiti, in episcopatu successit. Rihgowo <sup>1526</sup>, Wormatiensis episcopus <sup>1527</sup>, obiit, cui Anno successit. Ruodbertus archiepiscopus pro acquirenda abbatia sancti Maximini multum laboravit, sed Deo propitio non <sup>1528</sup> prævaluit.

## DCCCCLI.

A. D. I. 951 rex Otto in Italiam ire volens, multo se ad hoc iter apparatu præstruxit, quoniam <sup>1529</sup> Adalhaidam; viduam Lotharii regis Italici, filiam Ruodolphi regis, a vinculis et custodia qua <sup>1530</sup> a Berengario tenebatur liberare <sup>1531</sup>, sibi que eam in matrimonium assumere, regnumque cum ea simul Italicum acquirere deliberavit <sup>1532</sup>. Quod iter <sup>1533</sup> filius ejus Liutolfus cum Alamannis anticipans, patrique, si quid ibi ad ingressum suum fortiter ageretur, placere <sup>1534</sup> desiderans, nihil tale quod speraverat peregit, sed potius <sup>1535</sup> inconsultum patrem offendens <sup>1536</sup> totius inde rebellionis <sup>1537</sup> et discordiæ seminarium sumpsit. Patruus enim ejus, Henricus dux, omnium ejus honorum et prosperitatum invidus, de Bawaria per Trientum <sup>1538</sup> legatos suos præmisit in Italiam, in omniumque quorum potuit mentes Italicorum ab eo avertit, in tantum, ut nec civitas nec castellum, quæ subsequenter regis pistoribus et cocis <sup>1539</sup> patuerant, filio regis aperiretur, omniaque ibi incommoda et plena molestiæ pateretur. Mox subsequenter rex regnum Italicum ingreditur, Deoque sibi assistente, totius Italiæ possessor efficitur. Sed et domna Adalheidis <sup>1540</sup>, Deo amabilis regina, sua ipsius prudentia a custodia est, Deo propitio, liberata, et Ottoni regi felici, Deo auspicante, copula conjuncta est. Tunc <sup>1541</sup> Liutolfus <sup>1542</sup> dux, hæc quæ præscripsimus ægre ferens, inconsulto patre archiepiscopo Friderico comite in patriam revertitur.

## DCCCCLII.

A. D. I. 952 <sup>1543</sup> rex, expulso Berengario, cum suis fidelibus hiemans in Italia, Papiæ natalem Domini celebravit. Sicque dispositis regni negotiis, verno tempore in patriam rediit, ducem autem

A Chuonradum ad persequendum Berengarium in Italia reliquit <sup>1544</sup> Liutolfus dux de Italia revertens, regio ambitu natalem Domini Saalfeld <sup>1545</sup> (171) celebravit <sup>1546</sup>, ubi Fridericum archiepiscopum omnesque qui in promptu erant regni majores secum detinuit. Quod convivium jam multis suspiciosum cepit haberi, et plus ibi destructionis quam utilitatis ferebatur tractari. Chuonrado duce ad persequendum Berengarium relicto, Berengarius ejusdem ducis consilio sponte sua in Saxoniam ad regem venit, nihil tamen de his quæ voluit obtinuit; sed machinatione Henrici ducis, fratris regis, vix <sup>1547</sup> vita et patria indulta, in Italiam rediit; unde etiam Chuonradus dux multum offensus, a debita regis fidelitate defecit. Tunc Fridericus archiepiscopus et Chuonradus dux amici facti sunt, nam antea inimici erant ad invicem. Eodem tamen <sup>1548</sup> anno mediante Augusto mense conventus Francorum, Saxonum, Bawariorum, Alamannorum et Langobardorum publicus apud Augustanam urbem Rhetiæ provinciæ agitur, ubi prescriptus Berengarius cum filio suo Adalberto regiæ se <sup>1549</sup> per omnia in vassallitium dedit <sup>1550</sup> dominationi <sup>1551</sup>, et Italiam iterum cum gratia et dono regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis et Aquileiensis <sup>1552</sup> excipitur, quæ Henrico, fratri regis, committitur. Berengarius tamen in Italiam revertens, omnia hæc in episcopos et comites ceterosque Italiæ principes retorsit, omnibus <sup>1553</sup> eos odiis et inimicitis insequens, inimicissimos sibi fecit.

## DCCCCLIII.

A. D. I. 953 rex natalem Domini Francoford celebravit. Indeque in Alsatiam <sup>1554</sup> progrediens, socrui suæ Bertæ, matri scilicet domnæ Adalheidis reginæ, abbatiam in Erenstein <sup>1555</sup> (172) dedit. Tunc jam animositates et consilia occulte contra eum facta palam ceperant apparere, et unusquisque eorum quæ in corde contexerant <sup>1556</sup> aperire. Redeunte enim illo de Alsatia et Inglenheim pascha celebraturo, Liutolfus, filius ejus, et Chuonradus dux, nequam fautoribus, et maxime juvenibus, et de Francia et de Saxonia et de Bawaria sibi condunatis, conspiraverant <sup>1557</sup>, et quascunque <sup>1558</sup> poterant, munitiones seu castella futuræ seditioni muniebant. Nec enim jam clam <sup>1559</sup> agebatur quo

## VARLÆ LECTIONES.

<sup>1522</sup> fefellisse se patefecit. 5. <sup>1523</sup> bohemorum 5. <sup>1524</sup> bolizlav 9—12. bolizlaus 5. <sup>1525</sup> cui vido 6. [cui oydo (oudo?) 9—12. <sup>1526</sup> rihgonno 5. rihguuo 10. richguuo 9. 11. 12. <sup>1527</sup> ribgauuor maniciensis episcopus 7. <sup>1528</sup> non deest 5 e. <sup>1529</sup> quomodo 5. <sup>1530</sup> custodia que 6. <sup>1531</sup> liberaret 7. <sup>1532</sup> acquirere possat deliberavit 5. <sup>1533</sup> quod iterum 7. quod inter filios ejus 5. <sup>1534</sup> placare 7. <sup>1535</sup> peregit se potius 7. <sup>1536</sup> ostendens 7. <sup>1537</sup> totius in se bellionis 7. <sup>1538</sup> per triennium 5. 7. 9. 11. 12. <sup>1539</sup> pistoribus cocisque 5. <sup>1540</sup> adalheid 5. <sup>1541</sup> conjuncto tunc 5. 9—12. <sup>1542</sup> ruodolphus 5c. e. <sup>1543</sup> 951. 7. <sup>1544</sup> dereliquit 10. <sup>1545</sup> domini in saalfeld 5. saalfeld 11. 12. <sup>1546</sup> celebrat 5d. <sup>1547</sup> regis deest 5a. c. e. fratris r. vix deest 5d. <sup>1548</sup> tamen deest 5. <sup>1549</sup> adalberto rege se 7. <sup>1550</sup> dedit 5. <sup>1551</sup> vassallitium dedit dominationis 7. <sup>1552</sup> aquilensis 5d. 7. aquiliensis 11. <sup>1553</sup> omnes 5. <sup>1554</sup> in alsatiam indeque 7. <sup>1555</sup> abbatiam merenstein 5. a. in erenstein 9. a. nerestein 7. a. in herestein 10. <sup>1556</sup> contraxerant 7. 10. <sup>1557</sup> spiraverant 7. conspiraverunt 5c. e. <sup>1558</sup> quacumque 5d. <sup>1559</sup> enim clam 10.

## NOTÆ.

(171) *Saalfeld* in Thuringia, olim villa regia.

(172) Ad fluvium Ullam, inter Argentoraturn et Seladistaturn sita.

tendebant, sed aperta rebellionis signa monstrabant. Rex igitur Inglenheim perveniens, paucis <sup>1560</sup> suorum fidelium secum habitis, non tutum <sup>1561</sup> inter medios hostes pascha celebrandum ratus, Magontiam inde secessit: ubi aliter quam regem decebat, diutius ante portas expectans, Friderico archiepiscopo jam cum illis conspirante, vix urbis ingressum obtinuit. Tunc Liutolfus et Chuonradus ibi facta <sup>1562</sup> ad eum humilitate, ut post claruit venientes, nihil talium se in ejus contrarietatem <sup>1563</sup> egisse dicebant, sed si Henricus, frater ejus, in pascha Inglenheim veniret, illum se comprehensuros non negabant; quod rex tranquille ac modeste suscipiens, navigio Coloniam attigit, indeque progrediens Drotmanni <sup>1564</sup> (173) vico pascha celebravit. Post pascha, coadunata fidelium <sup>B</sup> suorum multitudine, Coloniam iterum rediit, ibique Mettensem episcopum, in quo maxima spes et fiducia Liutolfo et Chuonrado esse videbatur, omnesque Lotharienses, exceptis paucis, quibus prædæ et rapinæ cordi erant, obvios habuit, et ab inimicis <sup>1565</sup> suis deficientes benigna ad se venientes suscepit caritate, et in sua fidelitate firmos et stabiles coadunavit. Quibus dispositis, in Saxoniam revertitur, ubi firmatis nihilominus et stabilitis suis rebus, iterum in Franciam hostili manu revertitur. Quo audito, Fridericus archiepiscopus Magontia secessit, et civitatem inimicis regis tuendam commisit. Ipse <sup>1566</sup> Brisacam <sup>1567</sup> castellum, latibulum semper Deo regique rebellantium, intravit, totamque ibi pene æstatem, rei eventum expectaturus, <sup>C</sup> permansit. Tunc rex, audiens Magontiam, metropolim Franciæ regiamque <sup>1568</sup> civitatem, inimicis suis deditam, qua potuit velocitate eam adit, collectaque suorum fidelium multitudine, tam Francorum quam Saxonum et Lothariensium, firma eam obsidione circumdedit. Sed et frater ejus Henricus de Bawaria regi auxilium collaturus advenit, licet <sup>1569</sup> ibi plus incommodi quam utilitatis sibi <sup>1570</sup> conquieserit. Nam interim Liutolfus Bawarios machinatione Arnoldi <sup>1571</sup>, fratris Judithæ <sup>1572</sup>, uxoris ejus, ab eo avertit, et Ratisbonam intromissus, omnes ejus ibi thesauros diripuit, suisque rapiendos distribuit. Quæ ejus incommoda rex suis præponens, Magontiam obsidione absolvit, et in

A Bawariam iter dirigens <sup>1573</sup>, Radesbonam obsedit; in qua obsidione pene usque natalem Domini permansit. Eodem anno Wigfridus <sup>1574</sup>, Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, obiit; cui Brun <sup>1575</sup>, frater regis, succedens, totius <sup>1576</sup> Lothariensis regni ducatum et regimen <sup>1577</sup> cum episcopatu suscepit. Liutgarda, filia regis, obiit.

## DCCCCLIV.

A. D. I. 954 rex, ommissa obsidione, in Saxoniam natalem Domini celebravit, iterumque <sup>1578</sup> appropinquante quadragesima in Bawariam remeavit. Ibi Heroldus <sup>1579</sup> archiepiscopus (174) a fratre regis cæcatus est, et <sup>1580</sup> Deo propitio, viribus immunitis inimicorum, in brevi tota Bawariæ virtus ad eum et Alamanniæ in tantum convertitur, ut et Radasbona <sup>1581</sup> civitas regi redderetur, ipsique rebellatores, nihil se contra eum velle vel posse, profiterentur. \* Fridericus etiam sacramento se expurgaturus, nihil contra regiam se fidelitatem egisse, accessit; sed rex omni pietate plenus ab hoc <sup>1582</sup> eum sacramento absolvit. In eodem anno Chuonradus dux cum Lothariensibus <sup>1583</sup> duce Brun <sup>1584</sup> archiepiscopo, in Blesensi <sup>1585</sup> pago, apud villam Rimilinga <sup>1586</sup> (175) congressurus erat; sed in ultimo, quia contra regem erat, Deo volente fieret, remanebat. Ungarii, ducentibus inimicis regis in quadragesima Rheno transito, pervadentes Galliam, inaudita mala in ecclesias <sup>1587</sup> Dei fecerunt, et per Italiam redierunt. Fridericus archiepiscopus obiit, vir <sup>1588</sup> in sancta religione strenuus et valde laudabilis, nisi in hoc tantum videbatur reprehensibilis, quod sicubi vel unus regis inimicus emerisset, ipse se statim secundum apposuit. Cui successit regis filius Willihelmus, a populo et clero in Arnestat (176) concorditer electus. Ea tempestate Liutolfus in gratiam regis revocatus, vasallos quos habuit et ducatum patri reddidit; cui Burchardus in ducatu successit. Chuonradus etiam, omnium quas habuit divitiarum nudus, omisso ducatu, in gratiam regis intromittitur, vita et <sup>1589</sup> patria et prædio contentus. Liutolfo filius Otto nascitur.

## DCCCCLV.

A. D. I. 955 <sup>1590</sup> Ungarii cum tam ingenti multitudine exeuntes <sup>1591</sup>, ut non, nisi terra eis <sup>1592, 1593</sup>

## VARIE LECTIONES.

<sup>1560</sup> perveniens sed paucis 9. 11. 12. <sup>1561</sup> tuta 5a. c. e. tuto 5d. tutus 7. tutius 10. locius 9. 11. tutum 8. et *Chronographus Saxo*. <sup>1562</sup> ibi facta 5. <sup>1563</sup> contrarietate 5. <sup>1564</sup> droomanni 5. 7. 9—11. deoomanni 12. drotmanni *Chronogr. Saxo. et* 8. <sup>1565</sup> ab amicis 5. <sup>1566</sup> inimicis r. t. c. ipse *deest* 5. <sup>1567</sup> brisicam 7. brisacum 5. <sup>1568</sup> regiam 5c. e. <sup>1569</sup> licet sibi 5c. <sup>1570</sup> sibi *deest* 5. sui 7. <sup>1571</sup> arnoldi 9—12. <sup>1572</sup> juditte 7 juditte 9—12. <sup>1573</sup> bawariam non dirigens 7. <sup>1574</sup> wigfridus 10. <sup>1575</sup> brunus 7. bruno 5. <sup>1576</sup> succedens a totius 7. <sup>1577</sup> et regnum cum 5. 11. 12. <sup>1578</sup> iterum 9. <sup>1579</sup> heroldus 7. <sup>1580</sup> est et *deest* 5. et *deest* 7. 10. <sup>1581</sup> ut radasbona 7. \* vel possit esse prof. 7. <sup>1582</sup> ad hoc *deest* 5. <sup>1583</sup> lothariensium 10. <sup>1584</sup> brunus 5. brunone 5c. e. <sup>1585</sup> plesensi 7. bellensi 5. bresensi 10. <sup>1586</sup> rumilinga 10. <sup>1587</sup> ecclesiam 5c. e. <sup>1588</sup> vir per omnia in 10. arnistat 9. 11. 12. <sup>1589</sup> *deest* 5c. d. <sup>1590</sup> 945. 7. <sup>1591</sup> exierunt 9—12. <sup>1592, 1593</sup> terra eos 5.

## NOTE.

(173) *Dortmund* in Westfalia.(174) *Salzburgensis*.(175) *Exstat vicus Remeling* ad orientem Saar-*gomundæ* et Saaræ, et a meridie Blesæ et oppidi *Blicscastel*.(176) *In Thuringia, Moguntinæ dioceseos. Memoratur et in Vita S. Brunonis c. 30.*

dehisceret vel cœlum eos obrueret, ab aliquo se vinci posse <sup>1594</sup> dicerent, Chuonradus, quondam dux, ibi occiditur, et ab <sup>1595</sup> exercitu regis apud Lichum <sup>1596</sup> fluvium tanta cæde, Deo præstante, prostrati sunt, ut nunquam ante apud nostrates victoria talis audiretur aut fieret. Rex inde revertens, in Sclavos hostem dirigit <sup>1597</sup>, ubi simili potius victoria, vasta illos cæde prosternit. Wigmannus expellitur. Heinricus, frater regis, desperatis rebus recuperatis, recepto Bawariæ <sup>1598</sup> ducatu, obiit. Cujus filio Heinrico pius rex ducatum et marcam dedit. Otto <sup>1599</sup> filius regi <sup>1600</sup> nascitur.

## DCCCCLVI.

A. D. I. 956 rex in pace et otio degens, maximo suorum fidelium conventu Colonie placitum regale **B** habuit. Ea tempestate gravis per omnes regni partes pestilentia grassabatur, quæ innumeram populi multitudinem passim extinxit, ex qua Ruodbertus, archiepiscopus Treverensis, et Hadamarus <sup>1601</sup>, abbas Fuldensis, obierunt. Quibus Heinricus in episcopatu, et Hatto in abbacia, successerunt. Eodem anno Liutolfus in Italiam ad deprimendam <sup>1602</sup> Berengarii tyrannidem dirigitur, et in brevi, expulso Berengario, totius pene Italie possessor efficitur. Abbacia sancti Nazarii in Lauresheim <sup>1603</sup> electioni restituitur.

## DCCCCLVII.

A. D. I. 957 rex iterum Sclavos invasit. Liutolfus in Italia obiit, ejus corpus inde translatum, a venerabili archiepiscopo Willihelmo, fratre ejus, Magontie apud sanctum Albanum honorifice sepultum est. Willerus <sup>1604</sup> Treverensis abba <sup>1605</sup>, obiit, cui Witkerus <sup>1606</sup> successit. Ea tempestate rex clementissimus abbatiam sancti Petri in Wizenburch <sup>1607</sup> (177) multis retro temporibus sub antecessoribus suis electionis et privilegii dono privatam, studio sanctæ religionis dignitati pristinæ restituit, et virum venerabilem Gailonem <sup>1608</sup> eidem cœnobio abbatem præfecit.

## DCCCCLVIII.

A. D. I. 958 rex pascha celebravit <sup>1609</sup> in <sup>1610</sup> Ingelheim, unde navigio Coloniam placitum ibi acturus, venit. Eodem anno factione Brun <sup>1611-1612</sup>

A archiepiscopi Reginherus <sup>1613</sup>, comes comprehenditur, et in Sclavos exul mittitur. Fridericus consensu Heroldi Ingelheim in præsentia regis, in octavis paschæ, habita ibi 16 episcoporum synodo, Juvavensis <sup>1614</sup> ecclesiæ archiepiscopus ordinatur. Alewicus <sup>1615</sup>, Augiensis <sup>1616</sup> cœnobii abbas, obiit, cui Ekkehardus <sup>1617</sup> successit. Gralo <sup>1618</sup>, abba cœnobii sancti Galli, obiit, cui Burchardus successit.

## DCCCCLIX.

A. D. I. 959 rex iterum Sclavos invasit, ubi Thietmarus <sup>1619</sup> occiditur. Legati Helenæ (178), reginæ Rugorum, quæ sub Romano, imperatore Constantinopolitano, Constantinopoli <sup>1620</sup> baptizata est, fite, ut post claruit, ad regem venientes, episcopum et presbyteros eidem genti ordinari <sup>1621</sup> petebant. Eodem anno Hagano <sup>1622</sup>, Heresfeldensis abbas, paralyai percutitur.

## DCCCCLX.

A. D. I. 960, rex natalem Domini Francofurt celebravit, ubi Libutius <sup>1623</sup> ex cœnobitis sancti Albani, a venerabili episcopo <sup>1624</sup> Adaldago (179) genti Rugorum episcopus ordinatur. Guntherus rogatu Haganonis <sup>1625</sup> abbas constituitur. Eodem anno rex iterum perguit in Sclavos. Legati quoque ab apostolica sede veniunt Johannes diaconus et Azo scribarius vocantes regem ad defendendam <sup>1626</sup> Italiam et Romanam rempublicam a tyrannide Berengarii. Walbertus <sup>1627</sup> etiam, archiepiscopus Mediolanensis, et Waldo <sup>1628</sup>, Cumanus episcopus, et Opertus <sup>1629</sup> marchio, Berengarium fugientes in Saxonia regem adeunt; sed et reliqui pene omnes Italie comites et episcopi litteris eum aut legatis, ut ad se liberandos veniat, exposcunt. Gailo, Wizenburgensis <sup>1630</sup> abbas, obiit, cui Gericus <sup>1631</sup> successit.

## DCCCCLXI.

A. D. I. 961, rex natalem Domini Radosbona civitate <sup>1632</sup> celebravit <sup>1633</sup>, ubi Poppo, Wirzeburgensis episcopus <sup>1634</sup>, regi parcarus Kal. xvi Martii <sup>1635</sup> diem clausit extremum; cui proximus suus Poppo in episcopatu successit. Libutius, priori anno quibusdam dilationibus ab itinere suspensus, xv Kal. Martii <sup>1636</sup> anni præsentis obiit; cui Adal-

## VARIE LECTIONES.

<sup>1594</sup> a nullo se posse vinci 7. <sup>1595</sup> occiditur ab 7. 10. <sup>1596</sup> lechum 9. 11. 12. <sup>1597</sup> hostes dirigit 5. <sup>1598</sup> bavario 5 d. <sup>1599</sup> dedit, Anno Domini 56. Otto 7. <sup>1600</sup> regis 10—12. <sup>1601</sup> adamarus.. atto 7. <sup>1602</sup> ad dampnandam 7. <sup>1603</sup> nazarii lauresheim 11. 12 n. laursham 9. 10. <sup>1604</sup> willihelmus 9. 11. 12. <sup>1605</sup> abbas usque abbatiam deest 7. <sup>1606</sup> wikerns 5. 7. <sup>1607</sup> wirtzburg 5. wizenbus 7. wizenbure 10. wizenburch 11. 12. <sup>1608</sup> gailonem 5. gedonem 7. heilonem 10. <sup>1609</sup> celebrat 7. <sup>1610</sup> deest 5 a. e. e. <sup>1611-1612</sup> bruni 7. brunonis 5c. e. <sup>1613</sup> reginarus 5. <sup>1614</sup> viennensi 5. nanensi 7. viuanensi 11. juvaviensi 10. <sup>1615</sup> alewicus 5. alwicus 9. 11. 12. <sup>1616</sup> augeensis 9—12. <sup>1617</sup> ekkihardus 5. eggehardus 11-12. <sup>1618</sup> garolo 7. gralo 9. 11. graio 12. cralo 5. gralo usque successit deest 10. <sup>1619</sup> dietmarus 11. 12. <sup>1620</sup> constantinopolim 9—12. <sup>1621</sup> ordinari deest 5. <sup>1622</sup> hagatio 5. hageno 11. 12. <sup>1623</sup> libunus 7. libentius cod. S. Godek. <sup>1624</sup> archiepiscopo 9 — 12. <sup>1625</sup> haganonis 11. 12. <sup>1626</sup> defendendum 5c. <sup>1627</sup> walperts 7. waltbertus 5. <sup>1628</sup> nuldo 7. <sup>1629</sup> eupertus 7. <sup>1630</sup> wizenburgensis 7. wirtzburgensis 5. <sup>1631</sup> gerrie 7. herrichus 5d. <sup>1632</sup> civitate deest 5 a. <sup>1633</sup> ratisbonæ celebr. 5 c. e. <sup>1634</sup> archiepiscopus 5. <sup>1635</sup> 16. Kal. martii 8 — 12. et *Necrologia Fuldensia ap. Leibnit. et Schannat.* 14. kal. martii 7. 13. kal. m. 5. 15. kal. martii *Chron. Wirzeb. Baluz.* <sup>1636</sup> suus in episcopatu 9 — 12.

## NOTÆ.

(177) In Alsatia.

(178) Helenæ, id est Olge, Russorum reginæ.

(179) Bremensi.

bertus, ex cœnobitis sancti Maximini, machinatione et consilio Willihelmi archiepiscopi, licet meliora in eum confisus <sup>1637</sup> fuerit <sup>1638</sup>, et nihil unquam in eum deliquerit, peregre mittendus in ordinatione successit. Quem piissimus rex, solita sibi misericordia omnibus quibus indigebat copiis instructum <sup>1639</sup>, genti Rugorum honorifice destinavit. Rex in Italiam ire disponens, maximam suorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunavit, ubi consensu et unanimitate regni procerum totiusque populi filius ejus Otto rex eligitur. Indeque progrediens, convenientia quoque et electione omnium Lothariensium Aquis rex ordinatur. Ordinato vero filio <sup>1640</sup>, pater in Saxoniam rediens, dispositis regni negotiis, filium Willihemo archiepiscopo tuendum et nutriendum commisit, sicque per Bavariam et Trientum <sup>1641</sup> in Italiam se admisit. Ubi omnes pene Italiæ comites et episcopos obvios habuit, et, ut decuit, ab eis honorifice susceptus, potestative et absque ulla resistantia Papiam intravit, et palatium a Berengario destructum reedificare præcepit, Berengarius vero <sup>1642</sup> et Willa filique eorum quibus poterant munitionibus aut castellis includebantur, et nusquam forinsecus contra regem quid audentes <sup>1643</sup> progrediebantur. Eodem vero anno Godefridus, Spirensis episcopus, obiit, cui Otgerus <sup>1644</sup> successit. Eclipsis solis XVI Kal. Junii. Rex Hattonem, Fuldensem abbatem, ad construenda sibi habitacula Romam præmisit.

## DCCCCLXII.

A. D. I. 962 rex natalem Domini papie <sup>1645</sup> celebravit, indeque progrediens Romæ favorabiliter susceptus, acclamatione totius Romani populi et cleri ab apostolico Johanne, filio Alberici, imperator et Augustus vocatur et ordinatur. Papa quoque multa illum secum caritate detinuit, et diebus vite sue nunquam se ab eo defecturum promisit, quæ tamen promissio longe dissimilem quam prætendebatur <sup>1646</sup> effectum obtinuit. Imperatore Augusto ab urbe Romana <sup>1647</sup> redeunte et Papie pascha celebrante, Berengarius in quodam monte, qui dicitur ad Sanctum Leonem (180), plurimis undique secum copiis attractis, se munivit, et Willa in lacu Majore <sup>1648</sup> (181), in quadam insula quæ dicitur ad Sanctum <sup>1649</sup> Julium, se inclusit. Filii vero eorum <sup>1650</sup>, Adalbertus <sup>1651</sup> et Wido <sup>1652</sup>, huc illucque incerti vagabantur, quasdam

A tamen munitiones cum suis sequacibus adhuc possidebant, hoc est Garda <sup>1653</sup> (181<sup>1</sup>) castellum, et Travallium (481<sup>2</sup>), et insulam <sup>1654</sup> in lacu Cumano (181<sup>3</sup>). Tunc Willa imprimis hostiliter aditur, et adempto omni de lacu exitu, cottidianis fundibulariorum et sagittariorum aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur, et non plenis duobus mensibus obessa capitur, et ad ultimum clementia imperatoris dimissa, quo <sup>1655</sup> vellet ire permittitur. Quæ quanta potuit velocitate Berengarium adiit, et ne se imperatori dederet <sup>1656</sup> omnimodis <sup>1657</sup> persuasit. Eodem anno Adalbertus, Rugis ordinatus episcopus, nihil in his propter quæ missus fuerat proficere valens, et inaniter se fatigatum videns, revertitur; et quibusdam ex suis in redeundo occisis, ipse cum magno labore vix evasit, et ad regem veniens caritative suscipitur, et a Deo amabili Willihelmo archiepiscopo pro retributione tam incommodæ ab eo sibi machinatæ peregrinationis bonis omnibus et commodis, quasi frater a fratre <sup>1658</sup>, amplectitur et sustentatur. Reginbertus (181<sup>4</sup>), Dei servus, obiit; missis etiam pro eo ad imperatorem litteris, reditum ipsius in palatio operiri jubetur. Eodem anno Adalbero <sup>1659</sup> venerabilis vir, Mettensis episcopus, obiit.

## DCCCCLXIII.

A. D. I. 963 rex iterum Papie Natalem Domini et Pascha celebravit. Interim Adalbertus huc illucque discursans <sup>1660</sup>, quoscumque poterat sibi undique adtraxit, sed et Corsicam, ibi <sup>1661</sup> se tueri nitens, intravit. Romanum etiam pontificem multipliciter in suum adiutorium sollicitavit. Dum hæc igitur aguntur, imperator a Papia movens iter, Berengarium <sup>1662</sup> in monte sancti Leonis obsedit, totamque ibi æstatem sedens, sæpe montem undique circumdedit, et ne aliquatenus pateret exitus vel introitus prohibuit. Interim Johannes papa, promissiones imperatori factas oblivioni tradens, ab eo defecit <sup>1663</sup>, et Berengarii seu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit. Quas dolositatis ejus fraudes imperator audiens, relicta circa montem obsidione, Romam versus cum hoste perguit; cujus ipsi metuentes adventum, plurimum thesaurum sancti Petri rapientes, fugæ subsidia petunt. Tunc Romani in plura divisi <sup>1664</sup>, partim imperatori faventes — multis enim <sup>1665</sup> a prædicto papa injuriis se opprimi conquerebantur — partim apostolico blandien-

## VARIE LECTIONES.

<sup>1637</sup> in eum fisis 10. in eum visus 9. 11. 12. <sup>1638</sup> fuerat 5d. <sup>1639</sup> indigebat corpus instructum 7. <sup>1640</sup> ordinato autem filio 7. <sup>1641</sup> trentum 7. 9. 11. 12. terrentum 5. <sup>1642</sup> vero deest 5. 9— <sup>1643</sup> quod audientes 9—12. <sup>1644</sup> othgerius 10. <sup>1645</sup> papie deest 5. 7. 9—12. *spatium tamen vacat in 7 et in 11. vocabulum lineæ superscritum.* <sup>1646</sup> prætendebat 7. <sup>1647</sup> romana deest 5. <sup>1648</sup> willam in lacum majorem 7. <sup>1649</sup> dicitur sanctum 7. <sup>1650</sup> vero ejus 5. <sup>1651</sup> alpertus 7. <sup>1652</sup> guido 5. <sup>1653</sup> grad 5. gard 9—12. <sup>1654</sup> travallum insulam 11. 12. <sup>1655</sup> dimissus... qui 5 c. e. <sup>1656</sup> daret 7. <sup>1657</sup> omnibus modis 5. 7. <sup>1658</sup> a fratre deest. 5. 7. <sup>1659</sup> adalpero 7. <sup>1660</sup> discurrens 5. <sup>1661</sup> corsicam veniens ibi 9. 11. 12. <sup>1662</sup> iterum berengarium 10. <sup>1663</sup> deficit 3. <sup>1664</sup> roma... divisa 5. <sup>1665</sup> multi enim 5.

## NOTÆ.

(180) S. Leo in Legatione Urbinatensi, prope S. Marinum.

(181) S. Julii insula non in lacu Verbano, sed in lacu Ortensi ad occidentem Verbani sita est.

(181<sup>1</sup>) Garda, in littore Benaci.

(181<sup>2</sup>) Muratorius *Valle Travaglia* in montibus, Verbanum versus, esse conjicit.

(181<sup>3</sup>) *Lago di Como.*

(181<sup>4</sup>) Annalista Saxo adiit: *Iste construxit abbatiam sancti Blasii in Suevia.*

tes licet diversa sentirent, imperatorem tamen cum honore debito urbem intromittunt, seque per omnia, datis obsidibus, illius ditioni subjungunt. Imperator vero, plurimorum episcoporum collecta multitudine, synodum coadunavit, et consilio eorum missa legatione, canonica auctoritate aufugam apostolicum ad sedem pontificalem et apostolicam revocavit. Illo tamen hoc omnimodis renuente, plebs Romana Leonem protoscriniarium, virum strenuum et industrium communi consensu in locum ejus elegit et ordinavit; cui synodo interfuerunt omnes prope Romanæ et Italiæ episcopi Angelfredus etiam Aquileiensis patriarcha, qui tunc temporis etiam ibidem obiit; sed et de nostratibus interfuerunt Adaldagus et Henricus (182) archiepiscopi, Lantwardus (182<sup>1</sup>) et Otgerus (182<sup>2</sup>) episcopi. Postea Johannes, qui et Octavianus, videns se esse depositum, sera poenitentia ductus, ab Adalberto disjungitur. Adalbertus vero in Corsicam revertitur. Eodem anno Carda castellum Italia capitur; apud nos quoque Slavi qui dicuntur Lusinzani subduantur.

## DCCCCLXIV.

Anno D. I. 964 imperator Romæ natalem Domini celebravit. Berengarius cum suis in monte sancti Leonis obsessus vincitur, et id ipsum castellum imperatoris ditioni subditur, et Berengarius cum Willa in Bawariam mittitur. Romani iterum ab imperatore solito more deficientes, pluribus aliis castellanis sibi per conjurationem extrinsecus adjunctis, eum occidere nitebantur; sed insidiis eorum patefactis, eodem die quo eum extinguere moliebantur, necem sibi paratam anticipans, 3 Non. Januarii cum paucissimis suorum eos invasit, et non modicam illorum multitudinem infra muros urbis prostravit. Die vero sequenti Romani iterum venientes, centum obsides dederunt, et supra corpus sancti Petri sub jurejurando fidelitatem imperatori et papæ promiserunt. Tunc imperator plena adhuc ebdomada apud illos manens, Spolitanum ducatum et Camerinum ordinaturus exivit, et ad preces papæ Leonis obsides Romanis remisit: quibus ipsi beneficiis ingrati, non longe illo ab urbe posito, Johannem, qui et Octavianus, urbi intromittunt, et fidem imperatori et papæ promissam ad nihilare non metuunt. Leo vero papa vix cum paucis facultatum omnium nudus, evasit, et imperatorem in Camerino ducatu positum adiit, ibique pascha celebravit.

## VARIE LECTIÖNES.

<sup>1664</sup> profugum 5. <sup>1667</sup> omnibus modis 3. 7. <sup>1668</sup> romanæ 5. 9. 11. 12. <sup>1669</sup> ingalfredus 7. <sup>1670</sup> landwardus 5a. d. landwardus 5c. e. <sup>1671</sup> adaldadus 9. 11. 12. adaldaldus 10. <sup>1673</sup> ductus adalberto 5. <sup>1674</sup> karda 7. gard. 5. 9—12. <sup>1675</sup> lunsinzani 5. 9—12. <sup>1676</sup> montem 5e. <sup>1676</sup> et ipsum 7. 10. <sup>1677</sup> more deest 9—12. <sup>1678</sup> stravit infra m. u. 11. 12. intra muros 5. <sup>1679</sup> romam 5a. c. d. <sup>1680</sup> hebdomada 5. <sup>1681</sup> quibus ipse 9. 11. <sup>1682</sup> ducatum 7. <sup>1683</sup> adiit et ibi 9—11. <sup>1684</sup> azonem 7. <sup>1685</sup> veniæ ab. imp. 9, 10. v. ad imperatorem 11. 12. <sup>1686</sup> undique secum 11. 12. <sup>1687</sup> se factum quam 6. <sup>1688</sup> decuerat ostendit 5. <sup>1689</sup> errasse contraque 5. <sup>1690</sup> præcursoris id est IX kal. 5. VI Kal. 5d. <sup>1691</sup> ditioni subdunt 9. 11. 12. <sup>1692</sup> synodum 7. <sup>1693</sup> abscidit 5c. e. <sup>1694</sup> ei tantum 5. <sup>1695</sup> infelicioi 10. 11. <sup>1696</sup> usque mane 5. <sup>1697</sup> gerrich 9. 11. 12. <sup>1698</sup> wirtzburgensis. wirtzburgensis 7. wirtzburgensis 9. wirtzburgensis 10. wirtzburgensis 11. 12.

## NOTÆ.

(182) Treverensis.  
(182<sup>1</sup>) Mindensis.  
PATROL. CXXXII.

(182<sup>2</sup>) Spirensis.  
(182<sup>3</sup>) Lusati.

A Johannes autem, qui et Octavianus, Johannem diaconum et Azonem <sup>1664</sup> scriniarium crudeliter truncavit, et Otgerum, Spirensis episcopum, comprehensum et flagellatum, aliquamdiu licet incommode secum detinuit, sed postea statim eum spe impetrande ab imperatore veniæ <sup>1665</sup> remisit, quæ spes divina eum ordinatione fefellit. Nam 2 Idus Maii rebus humanis excessit. Tunc Romani, non modice metuentes imperatoris adventum, Benedictum quendam, Romanæ Ecclesiæ diaconum, fidei et electionis domni Leonis immemores, eligunt, et ordinatum sedi apostolicæ imponunt. Quo audito, imperator, collecta undique secus <sup>1666</sup> fidelium suorum multitudine, Romam adiit, et firma eam ex omni parte obsidione, ne quis pateret exitus, munivit. Sed prædictus Benedictus, falso nomine apostolicus, diutius ut imperatori resisterent, Romanos animavit, ipseque imperatori suisque fidelibus excommunicationem comminans muros urbis ascendit, et elatiori se fastu quam <sup>1667</sup> apostolicum decuerat continuit <sup>1668</sup>. Ad ultimum Romani, fame et obsidione constricti, se errasse et contra <sup>1668</sup> imperatorem injuste deliquisse poenitentes, in vigilia Præcursoris, 9 Kalendas Julii <sup>1669</sup>, portas urbis aperiunt, et imperatore cum honorificentia debita intromisso, Benedictum sacrilegum et perjurum imperatoris ditioni reddunt <sup>1669</sup>, et domnum Leonem in sedem apostolicam restituunt. Tunc Leo apostolicus, coadunata multorum episcoporum synodo <sup>1669</sup>, eundem Benedictum, Romanæ sedis invasorem, judicio omnium ab invaso gradu deposuit, et pontificale pallium, quod sibi imposuerat, abscidit <sup>1669</sup>, ferulamque pastorem manu ejus arreptam coram omnibus in frusta confregit, et ad preces imperatoris diaconatus eum tantum <sup>1669</sup> gradu uti concessit. Celebrata vero beati Johannis nativitate et sanctorum apostolorum festivitate, imperator ab urbe Romana revertitur, et infelicioi <sup>1695</sup> quam speraverat omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum ejus pestis et mortalitas invasit, ut vix vel sanus quis a mane usque <sup>1696</sup> ad vesperam, vel a vespera usque ad mane se victurum speraverit. Ex qua pestilentia obierunt Henricus, archiepiscopus Treverensis, et Gerrius <sup>1697</sup>, abbas Witzenburgensis <sup>1698</sup>, et Godefridus, dux Lothariensis, aliorumque innumera multitudo, tam nobilium quam ignobilium. Tandem miseratione divina pestilentia cessante, imperator in Liguriam pervenit, ibique autumnali tempore pace et otio vacans, se

ventionibus exercitavit. Eodem anno Duodo <sup>1699</sup>, palatii capellanus, ab Adalberto <sup>1700</sup> comprehenditur, et flagellis cæsus in Corsicam deducitur, sed non longo post tempore dimittitur. Ea tempestate Waldo, Cumanus episcopus, insulam in Cumano lacu cepit, et munitiones in ea a solo <sup>1701</sup> destruxit; quod Udoni comiti initium <sup>1702</sup> malorum fuit. Nam Hattonem <sup>1703</sup>, ejusdem insulæ tutorem, in suam fidem suscepit, et destructa insula, non, ut optaverat eum imperatori reconciliari <sup>1704</sup> potuit; quod indigne ferens, totum in Waldonem episcopum detorsit, et inimicus in eum si possit ulcisci disposuit. Erchanbertus <sup>1705</sup> in locum fratris sui Gerrici Witzenburgensis <sup>1706</sup> cœnobii abba constituitur <sup>1707</sup>.

## DCCCCLXV.

Anno Dominiœ incarnationis 965 imperator Papiæ natalem Domini celebravit, et peracta festivitate statim in patriam, dispositis in Italia regni negotiis, commeavit: cui filii sui, Otto rex <sup>1708</sup> et Willihelmus archiepiscopus, in confinio Franciæ et Alamanniæ, in villa Heimbodesheim <sup>1709</sup> (182<sup>4</sup>) occurrerunt, et cum magna ibi eum alacritate susceperunt. Inde Wormatiam progressus, fratrem suum, Brun <sup>1710</sup> archiepiscopum, in purificatione sanctæ Mariæ sibi obvium <sup>1711</sup> habuit, sicque totam quadragesimam <sup>1712</sup> in Francia commorans, in Inglenheim pascha cum magno gaudio celebravit. Indeque <sup>1713</sup> navigio Coloniam attingens, matrem suam, domnam Mathildam et sororem suam, Gerbirgam reginam, filiumque ejus, regem Lotharium, sibi obvios condigno ibi <sup>1714</sup> amore et honore tractavit; sicque in Saxoniam iter direxit. <sup>1715</sup> Benedictum etiam illum depositum ab urbe Romana secum in Franciam advexit, quem Adaldago archiepiscopo custodiendum commisit. Duas quoque filias Berengarii in paulatio cum domna imperatrice decenti sibi honore detinuit. Eodem anno quidam ex Longobardis more solito ab imperatore deficiunt, et Adalbertum in Italiam <sup>1716</sup> reducunt <sup>1717</sup>. Tunc imperator Burchardum, ducem Alamannorum, in Italiam misit; qui ad <sup>1718</sup> congregiendum ei ubicumque inveniretur, cum Longobardis imperatoris fidelibus et Alamannis jusum <sup>1719</sup> per Padum navigavit, et illis, ubi eum audierat <sup>1720</sup> esse, partibus navim applicuit. Quos <sup>1721</sup> in prima fluminis egres-

A sione Adalbertus insiluit; ubi et frater ejus Wido cum aliis quampluribus occubuit. Ipse vero Adalbertus, vix fuga lapsus <sup>1722</sup>, evasit, et montana quædam, ubi imperatorem lateret, intravit. Hæc igitur dux lætus victoria in patriam repedavit, et quæ sibi <sup>1723</sup> acciderant, imperatori significavit <sup>1724</sup>. Interim Wido, Multinensis <sup>1725</sup> episcopus, vulpina calliditate imperatori se simulans <sup>1726</sup> fidelem, ipsique infideles se proditurum jactitans, legatione Adalberti fungens, in Saxoniam <sup>1727</sup> imperatorem aggreditur; nec tamen visu aut allocutione ipsius participatur, sed <sup>1728</sup> cum dedecore redire permisus, infra Alpes ultra Curiam comprehenditur, et in Saxoniam remissus, in <sup>1729</sup> Sclavis custodia <sup>1730</sup> mancipatur. Udo <sup>1731</sup>, Strazburgensis episcopus, obiit, cui Erchanboldus <sup>1732</sup> successit. Eodem etiam anno dominus Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius, et Marinus, Sutriensis <sup>1733</sup> ecclesiæ episcopus imperatorem pro instituendo quem vellet Romano pontifice in Saxoniam <sup>1734</sup> adeuntes, honorifice suscipiuntur et remittuntur. Et Otgerus <sup>1735</sup>, Spirensis episcopus, et Liuzo <sup>1736</sup>, Cremonensis episcopus, cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Joannes, Narniensis ecclesiæ episcopus, eligitur, et sedi <sup>1737</sup> apostolicæ pontifex intronizatur. Qui statim majores Romanorum elatiore animo quam oporteret insequitur, quo <sup>1738</sup> in brevi inimicissimos et infestos patitur. Num ab urbis præfecto et quodam Rotfredo <sup>1739</sup> comprehenditur, et urbe expulsus, in Campania custodia mancipatur. Hoc demum anno imperatore ab Italia redeunte, Heinricho, archiepiscopo Treverensi, Thiodricus <sup>1740</sup>, ejusdem ecclesiæ diaconus <sup>1741</sup>, et Adalberoni, Mettensi episcopo, Diedericus <sup>1742</sup>, consobrinus imperatoris, successores instituuntur. Brun <sup>1743</sup> quoque archiepiscopus, germanus imperatoris, vir ducatu pariter et episcopatu dignissimus, v. Idus Octobris obiit, cui Folchmarus <sup>1744</sup> in episcopatu successit. Eodem anno Gero, marchionum nostri temporis optimus et <sup>1745</sup> præcipuus obiit. Lotharius rex domnam Hemnam <sup>1746</sup> sibi conjugio copulavit.

## DCCCCLXVI.

Anno D. I. 966 imperator Colonie natalem Domini

## VARIAE LECTIONES.

<sup>1699</sup> dudo 11. 12. <sup>1700</sup> duo de pallatii capellani ab alperto 7. <sup>1701</sup> municiones vel eam a solo 7. <sup>1702</sup> comiti nuncium 5. <sup>1703</sup> altonem 7. <sup>1704</sup> reconciliare 5. <sup>1705</sup> erchanbertus 5. encharbertus 7. <sup>1706</sup> wirtzburgensis 5. wirzburgensis 7. wiziburgensis 10. <sup>1707</sup> erchanbertus usque constituitur deest 9. 11. 12. <sup>1708</sup> rex deest 5. <sup>1709</sup> heimbogesheim 7. heimbodesheym 5. heimbodesheim 10. <sup>1710</sup> suum brunonem 11. 12. suum brunonem archiep. 5. brunonem coloniensem archiepiscopum C. S. Godeh. <sup>1711</sup> sanctissimæ mariæ virginis sibi obviam 5. <sup>1712</sup> tota quadragesima 5. <sup>1713</sup> inde 5. <sup>1714</sup> condigno sibi 7. <sup>1715</sup> iterum direxit 5. <sup>1716</sup> in italia 7. <sup>1717</sup> introducunt 9. 11. deducunt 10. <sup>1718</sup> misit cui ad 5. <sup>1719</sup> alamannis per 7. alamannis visum per 5. alamannis per Jusum et Padum 7. super voce jusum cf. Adelungum vel Cangium <sup>1720</sup> audierant 5. <sup>1721</sup> applicuit. in quos in 5. <sup>1722</sup> lapsus deest 5. <sup>1723</sup> quæ ibi 7. <sup>1724</sup> significant 7. <sup>1725</sup> wido metensis 5. 7. <sup>1726</sup> imperatori simulans 5. <sup>1727</sup> in saxoniam 7. <sup>1728</sup> sed deest 5c. e. <sup>1729</sup> deest 5c. e. <sup>1730</sup> sclavorum custodia 7. <sup>1731</sup> udo 7, udo 5. 11. <sup>1732</sup> hercanboldus 7. erkamboldus 5. erchandoboldus 10. eripkanboldus 9. <sup>1733</sup> martinus suriensis 5d. <sup>1734</sup> in saxodiam 5. <sup>1735</sup> hothkerus 7. <sup>1736</sup> luzo 11. 12. lnzo 5. <sup>1737</sup> eligitur sedique 5. <sup>1738</sup> quos 5c. <sup>1739</sup> rothfredo 10. <sup>1740</sup> thiedericus... thiedericus 5. theodericus 10. tyodericus 11. <sup>1741</sup> subdiaconus 10. <sup>1742</sup> diedericus 10. dietricus 9. <sup>1743</sup> bruno 5. <sup>1744</sup> fortmarus 5. flohmarus 11. 12. <sup>1745</sup> deest 5c. e. <sup>1746</sup> henimam 5.

## NOTE.

(182<sup>4</sup>) Hodie Heimsheim seu Heimsen, medio itinere inter Stuttgartiam et Pforzheimum.

celebravit, cunctaque ibi Lothariensis regni negotia, prout sibi videbatur, disposuit, Erchanbertus, Witzenburgensis <sup>1747</sup> cœnobii abbas, obiit, et imperator electione monachorum Adalbertum, Rugia ordinatum episcopum, eidem monasterio præfecit. Starchandus <sup>1748</sup>, Rubillocensis <sup>1749</sup> (182<sup>5</sup>) ecclesiæ episcopus, obiit, cui Reginoldus successit in episcopatu. Udo comes, conjurationem cum Adalberto Berengarii filio habens, et in Italiam ad exsecrandum Waldonem, Cumanum episcopum, ire disponens imperatoris majestatis reus esse convincitur, et sacramento, ne aliquatenus ullas partes regni præsumat ingredi, regno expellitur. Witkerus <sup>1750</sup>, Treverensi cœnobii abbas, obiit, cui Asolfus in abbacia successit. Imperator, iterum in Italiam ire disponens, Assumptionem sanctæ Mariæ <sup>1751</sup> Wormatiæ celebravit, ibique habito cum omnibus regni majoribus concilio <sup>1752</sup>, inde per Alsatiam et Curiam Alpes transcendens <sup>1753</sup>, Italiam intravit, et Sigolfum <sup>1754</sup>, Placentinum episcopum, quosdamque ex comitibus Italicis propter Adalbertum priori anno a se deficientes, in transalpina partes Franciæ vel Saxonis, custodiendos direxit. Tunc Romani, imperatoris metuentes adventum, Rotfredo <sup>1755</sup> jam mortuo, a custodia qua tenebatur Johannem apostolicum absolvunt, et veniam pro malis quæ ei ingesserant poscentes <sup>1756</sup>, in locum et sedem suam illum restituunt. Eodem anno comes Eberhardus obiit. Eodem anno <sup>1757</sup> Berengarius, quondam Italiæ rex, exul moritur, et in <sup>1758</sup> Babenberg <sup>1759</sup> regio more sepelitur; C  
cujus vidua Willa, antequam sepeliretur, velum sibi <sup>1760</sup> sanctimoniali assumpsit. Udo comes, sacramenti oblitus, Franciam ingreditur, inde iterum abaque omni utilitate revertitur.

## DCCCCLXVII.

A. D. I. 967 imperator Romæ natalem Domini celebravit <sup>1761</sup>, et excepto præfecto Urbis qui aufugerat, 13 ex <sup>1762</sup> majoribus Romanorum, qui au-

ctores expulsionis <sup>1763</sup> domni Joannis papæ videbantur, suspendio interire jussit. Inde progrediens per Spoletum, Ravennam adiit, ibique Pascha celebrans <sup>1764</sup> cum domno Joanne papa, plurimos ibi ex Italia et Romania episcopos coadunavit, et habita synodo, multa ad utilitatem sanctæ Ecclesiæ adinvenit, et apostolico Johanni urbem et terram Ravennantium <sup>1765</sup> aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata, reddidit, eumque inde Romam cum magna lætitia remisit; ipse vero in partes Tusciæ et Lucaniæ <sup>1766</sup> recessit. Interim papa Johannes et imperator regi Ottoni <sup>1767</sup> litteras invitatorias miserunt <sup>1768</sup>, et, utcum ipsis <sup>1769</sup> ad natalem Domini Romæ celebrandum festinaret <sup>1770</sup>, jusserunt. Tunc rex pro disponendis regni negotiis ante suum in Italiam iter Wormatiam venit, ibique in primo suo placito, Deo propitio, plura a futuræ prudentiæ simul et clementiæ suæ <sup>1771</sup> indicia præmonstravit. Sicque nativitate Præcursoris et apostolorum festivitàte Franconofurd celebrata, iter suum acceleraturus in Saxoniæ remeavit. Ea tempestate Asulfus Treverensis abbas, præsentis vitæ subtrahitur, cui Thietfridus successor eligitur. Tunc etiam domnus archiepiscopus Willihelmus aliquantula infirmitate detentus, in brevi, Deo miserante, convaluit. Domino imperatore in Italia commorante, legati Nichofori <sup>1772</sup>, Græcorum imperatoris, Ravennæ ad eum venerunt <sup>1773</sup>, honorificis secum munera ferentes et pacem ab eo vel amicitiam poscentes; quibus honorabiliter susceptis decenterque remissis, domnus imperator nuntium suum eidem Græcorum imperatori pro conjungenda in matrimonium suo filio, regi Ottoni, privigna ipsius Nichofori <sup>1774</sup>, filia scilicet Romani imperatoris, Constantinopolim dirigit. Qui iterum eodem <sup>1775</sup> anno ante natalem Domini ad imperatorem revertitur. Eodem anno, intrante, Septembri <sup>1776</sup> mense, Otto rex Romam iturus <sup>1777</sup>, decenti se comitatu egressus, memoriam <sup>1778</sup> sancti Michaelis in Augusta civitate celebravit.

## VARIE LECTIONES.

<sup>1747</sup> witzburgensis 7. etc. <sup>1748</sup> starchandus 7. starkandus 8. <sup>1749</sup> rubillocensis rubillocensis 10. <sup>1760</sup> wilgerus 11. 12. wikerus 5. 7. <sup>1751</sup> sanctissimæ maris virginis 8. <sup>1752</sup> consilio 8d. <sup>1753</sup> alpes descendens 7. <sup>1754</sup> sigolfum 7. sigaltum 8. <sup>1755</sup> rotfredo 11. rotifredo 9. rothfredo 10. <sup>1756</sup> petentes 8d. <sup>1757</sup> anno usque anno deest 11. 12. <sup>1758</sup> deest 8d. <sup>1759</sup> habenberch 9. habenbero 10. <sup>1760</sup> sibi velum 8c. e. <sup>1761</sup> celebratur 7. <sup>1762</sup> 14 ex 7. <sup>1763</sup> expulsionum 7. <sup>1764</sup> celebravit 7. <sup>1765</sup> ravennantium 5. 9—12. <sup>1766</sup> et lucaniæ deest 6. <sup>1767</sup> othoni aliquoties 8. <sup>1768</sup> miserunt ut cum 10. <sup>1769</sup> et cum ipsis 7. <sup>1770</sup> festinare 7. <sup>1771</sup> suæ deest 5. <sup>1772</sup> nicophori 8. nicophori 11. 12. <sup>1773</sup> eum convenerunt 9. 11. 12. <sup>1774</sup> nicophori 5. nicophori 11. 12. <sup>1775</sup> qui legitur eodem 7. <sup>1776</sup> septembrio 9—12. <sup>1777</sup> iturus deest 9—12. <sup>1778</sup> decenti est comitatu egressus memoriamque 7.

## NOTE.

(182<sup>5</sup>) Eichstadiensis.